ossa eorum ⁊ sepelierunt in nemore ia/
bes. ⁊ ieiunauerunt septem diebus.

Explicit primus liber Samue/
lis. Incipit secundus liber Sa/
muelis. Capitulum I

Factum est aũt postq̃
mortu⁹ est saul vt da
uid reuerteret̃ a cede
amalech. ⁊ maneret ĩ
sicelech duos dies.
In die aũt tertia ap/
paruit homo veniens de castris saul ve
ste cõcissa ⁊ puluere cõspsus caput. Et
vt venit ad dauid cecidit sup faciẽ suã.
⁊ adorauit. Dixitq̃ ad eum dauid: Vñ
venis? Qui ait ad eũ. De castris israel
fugi. Et dixit ad eũ dauid: Qd̃ est ver/
bum qd̃ factũ est? Indica mihi. Qui
ait: Fugit popul⁹ ex prelio. ⁊ multi cor/
ruẽtes e populo mortui sunt: sed ⁊ saul
⁊ ionathas filius eius interierunt. Di
xitq̃ dauid ad adolescentẽ qui nuncia
bat ei: Unde scis quia mortu⁹ est saul
⁊ ionathas filius eius? Ait adolescens
qui nũciabat ei: Casu veni in montem
gelboe ⁊ saul incũbebat sup hastaz suã:
porro curr⁹ ⁊ equites appropinquabãt
ei. ⁊ cõuersus post terguz suũ. vidensq̃
me vocauit. Cui cũ respondissem adsũ.
dixit: Quisnam es tu? Et aio ad eum.
Amalechites ego sum. Et locutus est
mihi: Sta sup me. ⁊ interfice me: quo
niã tenẽt me angustie. ⁊ adhuc tota aĩa
mea in me est. Stansq̃ sup eum occi/
di illum. Sciebam enim q̃ viuere nõ
poterat post ruinã. Et tuli diadema qd̃
erat in capite eius. ⁊ armillã de brachio
illius. ⁊ attuli ad te dñm meũ huc. Ap
prehendens aũt dauid vestimenta sua
scidit omnesq̃ viri qui erant cum eo. et
planxerunt ⁊ fleuerunt et ieiunauerũt
vsq̃ ad vesperam super saul ⁊ super io
nathan filium eius. ⁊ sup populum do
mini. ⁊ sup domum israel: eo q̃ corruis
sent gladio. Dixitq̃ dauid ad iuuenez
qui nunciauerat ei: Unde es tu? Qui
respondit: Fili⁹ hominis aduene ama
lechite ego sum. Et ait ad eum dauid:
Quare non timuisti mittere manũ tu
am vt occideres christum domini? Uo
cansq̃ dauid vnum de pueris suis ait:
Accedens irrue in eum. Qui pcussit il/
lum ⁊ mortuus est. Et ait ad eũ dauid
Sãguis tuus sup caput tuũ. Os
enim tuũ locutum est aduersum te di/
cens: ego interfeci christum dñi. Plan
xit aũt dauid planctũ huiuscemodi su/
per saul ⁊ sup ionathan filium eius. et
p̃cepit vt docerent filios iuda arcum:
sicut scriptum est in libro iustoꝝ. Et ait
Considera israel ꝓ his qui mortui sũt:
sup excelsa tua vulnerati. Inclyti isra/
el sup mõtes tuos interfecti sũt. Quo/
modo ceciderunt fortes? Nolite annũ/
ciare in geth neq̃ annuncietis in cõpi/
tis ascalonis: ne forte letentur filie phi/
listijm. ne exultent filie incircũcisorum.
Montes gelboe nec ros nec pluuia ve/
niant sup vos. Neq̃ sint agri primitia
rum: quia ibi abiectus est clypeus forti
um. clypeus saul quasi nõ esset vnctus
oleo a sanguine interfectoꝝ ab adipe for
tiũ. Sagitta ionathe nũq̃ rediit retror
sum ⁊ gladius saul nõ est reuersus in/
anis. Saul ⁊ ionathas amabiles ⁊ de/
cori valde in vita sua: ĩ morte quoq̃ nõ
sunt diuisi. Aquilis velociores: leonib⁹
fortiores. Filie israel sup saul fle te qui
vestiebat vos coccino in delitijs: qui p̃/
bebat ornamenta aurea cultui vestro.
Quomodo ceciderunt fortes ĩ prelio?
Jonathas ĩ excelsis tuis occisus ẽ. Do
leo super te frater mi ionatha decore ni/
mis: ⁊ amabilis sup amorem mulierũ.
Sicut mater vnicũ amat filiũ suũ: ita
ego te diligebam. Quõ ceciderũt robu
sti. ⁊ perierunt arma bellica? II

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-105/0270
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG